UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Stupiditas

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…fſeruantes, in perpetuum vacui bonorum, ſpe pleni, fu-
…ebus dimiſſis, ſpectant. Et verò cùm illa poſſint à fortu
…n, hæc eripi non queant, ii tamen dona fortunæ præſen
…quam aliena abiiciunt, futura & incerta ſomniant. Id
…rte his conſentaneum eſt, quando externa bona, priuſ-
…onis & diſciplinæ opera iſtis ſedem atque fundamentum
…s, congerentes atque coaceruantes, inſatiabilem animi cu-
…n explere non poſſunt. *Plut. in Mario.*
…a detrimenta & inſanabilia pati, continenterque & ſine
…a ferre, neque nulla vel indecenti, vel abſurdiſſima commo-
…n ſapientis eſſe aſſueuerim, ſed calamitoſi & timidi, eius
…e qui ſub imperitiæ nomine deſidiam in Republ. velit. *Agat.*
…i.

¶ APOPHTHEGMATA.

…interrogatus, quid eſſet ſtultitia? reſpondit: proficiendi im-
…tum. *Stob. ſerm. 4. de imprudentia.*
…ebrioſos homines dicebat terebris eſſe ſimiles quod niſi vin
…ias coacti officium ſuum non faciunt. *ibid.*
…es dicebat ſtultos temulentos debacchari, aduerſante for-
…tune. *ibid.*
…n ſtultis (inquiebat) ſicut infantibus, vtcunque leuis occa-
…ſat ad ductum. *Eod. ſerm.*
…*tus* Huius in ſtultitia præditos homines, extant hæc di-
…d Stobæum: Stulti cum vitam oderint, tamen viuere volunt
…metu. Viuunt non delectati vita. Deſiderant iuuentutem,
…ſi iuuentæ commodo fruantur. Deſiderant abſentia: præ-
…ſo, etſi meliora præteritis, negligunt. Nihil approbant per
…tam. Mortem timentes, ſeneſcere cupiunt.
…s Timidum contra ſeipſum arma gerere dicebat, ſtultum
…pecunias. *Stob.*
…m. Dicta eiuſdem in ſtultos hæc occurrunt apud Stobæum:
…e Achillis arma Therſiti, neque animi bona homini ſtulto
…nt. Victus ægroti & bona fortuna ſtulti multum continet
…æ. Tonitrua pueros in primis, & minæ ſtultos territant.
…*curus* dicebat, inter cætera mala hoc quoq; habere ſtultitiam,
…ſemper viuere incipiat. Id eſt, homines quotidie noua vitæ
…enta ponunt, & nouas ſpes etiam in exitu vitæ inchoant.
…*epiſt. 13. ad Lucil. & epiſt. 15.* Stulti vita (inquit) ingrata eſt,
…ida, tota in futurum fertur.
…*phon*, Diuitem ſtultum ſordes inargentatas eſſe dicebat.
…*ſerm. de diuitiis & paupertate.*

¶ SIMILITVDINES.

…*lomonis Regis.* Sicut muſcæ in vnguentum quantumuis fra-
…collapſæ, ſi illic moriantur, vnguentum corrumpunt, & bul-
…ant ſcabie obducunt: Sic parua ſæpe ſtultitia homini ob ſapi-
…m, & reliquas naturæ dotes claro, multum exiſtimationis adi-
…*Eccl. cap. 9.*
…ta currus præcordia fatui, & quaſi axis verſatilis cogitatio il-
…*Eccl. cap. 33.*
…*Baſilii.* Quemadmodum ægri & debiles, rebus vtuntur ad cu-
…nem aptis: Sic & ſtulti ſapientia indigent, meliuſq; longe ipſam
…n argenti & auri theſauros mercari, longeque item carior lapi-
…s pretioſis, & omne admodum pretioſum ipſa prorſus dignum
…*et. In Iulianum martyrem.*
…*Maximi monachi.* Crates ſtultos terebris ſimiles eſſe dicebat,
…d nihil eorum quæ recta ſunt, ſine vinculo & neceſſitate facere
…*nt. Serm. 60 & apud Anton. part. 1. ſerm. 9. Meliſſ. & apud Stob.*
…*m. de Imprudentia.*
…*Antonii Monachi.* Quemadmodum iubar fulgens à Solis lumi-
…caligo ſuperueniens occultat: Ita ſæpenumero intellectum quo-
…noſtrum veluti in ipſa meridie ſplendentem, & luce ſua con-
…um, ſtultitia vel amentia ſuperueniens obſcurat, in *Meliſſ.*
…*rt. 1. ſerm. 10.*
…*crates.* Vt ægrotantem lectus aureus nihil iuuat: Sic neque
…ultum inſignis felicitas & opes ampliſſimæ. *Apud Stob. ſerm. 92*
…*Homeri.* Vt Cyclops exoculatus, manus quoque verſum porrige-
…nullo certo ſcopo: Ita magnus rex cui deſit prudentia, quibus
…greditur ingenti rerum tumultu, ſed nullo iudicio. *Odyſ 9.*
…*ocratis.* Quemadmodum infantes leuiſſimas ob cauſas luctus
…iam arripiunt: Sic ſtultus quoq; in re nullius momenti commo-
…*tur. Apud Stob. ſerm. 2. de Imprudentia.*
…*Seneca.* Quomodo homo omnes ſenſus habet, nec ideo tamen
…nes homines aciem habent Lynceo ſimilem: Sic qui ſtultus eſt,
…n acria & concitata habet omnia, quam quidam quædam. Omnia
…omnibus vitia ſunt, ſed non omnia in ſingulis extant. *Lib. 4. de*
…*neficiis, c. 27.*
…*Plinii.* Si fœmina inter aues ſaliat fæminam, naſcuntur quidem
…a, ſed ex quibus nihil naſcatur: ita conſilium quod animo conce-
…m, non accedente ratione, friuolum eſt & inutile. Oua ſic nata
…ypenemia, hoc eſt, ſubuentanea vocant: dicuntur & Zephyria,
…æ vento concipiuntur. Sic euanidum eſt, quicquid imaginatio-
…, non certo iudicio inſtituitur. *Lib. 10. c. 58. & Ariſt. lib. 6. c. 2. De*
…*ar. anim.*

Struthiocamelus, auium maxima, ſed ſtolidiſſima: nam vbi collum occultarit frutice, latere ſeſe exiſtimat: Ita quidam ingenti mole corporis onuſti, minimum habent ingenii. *Lib. 10. c. 1.*

Vt conchylia creſcente luna augeſcunt, decreſcente marceſcunt: Ita ſtultus à fortuna pendens, nunc magnus eſt, nunc puſillus, nunc elatus, nunc ſupplex, vtcunque Rhamnuſia mutauerit ſeſe. *Lib. 2. cap. 1002.*

Mugiles ſi caput condiderint, putant ſe totos occultari. Ita quidam ſi ſua vitia diſſimularint ipſi, putant ab aliis non animaduerti: qui mos idem & pueris eſt. *Lib. 9. c 71.*

Gulielmi Paral. Sagitta infixa fœmori canis, ſic verbum in corde ſtulti. Sic enim canis non quieſcit, donec eiuſcemodi remouerit è fœmore ſuo: Ita nec ſtultus quieſcere poteſt, donec verbum malum quod de proximo audiuit, aliis retulerit. *Eccl. 29.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Stultorum & ſtultitiæ, ſeu ſtulte factorum *exempla*: Aaron & Maria, *Num. 12. v. 11.* Iſraelitæ, *Deut. 31. v. 6.* Saul, 1. *Sam. 13. v. 13. & 26 v. 21.* Dauid, 21. 13. 2. *Sam. 14. 10.* Nabal, 1. *Sam. 25. v. 25.* Aſſa, 2. *Paral. 16. 9.* Vxor Iob, *Iob. 2. v. 10.* Princeps Saon, *Eſa. 19. 11.* Iudæi, *Ierem. 4 22. & 5. 21.* Phariſæi, *Matth. 23. v. 16. 18.* Diues quidam, 12. 20. duo diſcipuli, 24. 25. Gentes, *Rom. 1. 21. Gal. 3. 1.*

¶ PROFANA EXEMPLA.

Thraces, quorum tanta perhibetur vecordia, vt vltra quatuor numerare nequeant, cum viderent ducem ſuum plurimas ſcalas fabricare, quibus minabatur ſe ad Iunonem aſcenſurum, illoſque accuſaturum, metu perculſi, ea quæ imperauerat, fecerunt. *Theat. Zuing.*

Troiani pariter & Græci ob vnius Menelai & Paridis ſtultos amores, pro Helena adultera decennali bello contendentes manifeſtæ ſtultitiæ ab Horatio in Epiſtolis damnantur, vbi de Iliade Homeri ſcribit.

Fabula qua Paridis narratur, propter amorem
Græcia Barbariæ lento colliſa duello:
Stultorum regum & populorum continet æſtus.

Arcades olim male audierunt ob ſtuporem ingenii, de quorum immanitate multa Athenæus lib. 14. qui primi muſicam omnem in ciuitatem recipere noluerunt: nec vllas liberales diſciplinas, quarum cultu manſueſcunt hominum ingenia. *Eraſm. in Prouerb. Arcadicum germen.*

Lesbij & Cumani in Æolide ſupra Lesbum notati ſunt ſtoliditatis, vt indicat *Stephanus.*

Athenienſis populi ſtultitiam ipſorummet poetæ & oratores perſtrinxere: ſic *Ariſtophanes in Nubibus.*

Φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῇδε τῇ πόλει προσεῖναι.
Læua conſilia ferunt huic adeſſe ciuitati.

Abderitæ in ſtuporis inſaniæque fabulam abiere, quod perſpicuum eſt ex epigrammate. *Martialis lib. 10.*

Abderitanæ pectora plebis habes.

Sannas fatuus à Cratino cœmedo introducitur: vnde & Latini ſubſannationem, & Græci ſtultos Sannos vocant. *Euſtathius Odyſſ. κ.*

Achæus, Callicon cognomine, fictile vas puluinaris loco capiti ſupponebat. Verum quia duritie illius offendebatur, paleis impleuit, vt mollius haberet cubile: cognomen Calliconis obtinuit, ὡς καλὸς εἰς τὸ κοεῖν, hoc eſt, νοεῖν per antiphraſim. *Euſtath. Odyſſ. κ.*

Xerxes Perſarum rex Helleſponto ſtigmata & verbera inflixit, atque ad montem Athon miſit epiſtolas, noli diuine Atho, qui nubes attingis vertice, operibus meis præbere lapides vaſtos, & prorſum tractabiles: alioquin ipſum te excindam, & in altum preiiciam. *Plut. de non iraſcendo.*

¶ EMBLEMA.

Fatuitas.
Emblema LXV. Andreæ Alciati.

Miraris noſtro quod carmine diceris Otus;
Sit vetus a proauis cum tibi nomen Oto?
Aurita eſt, ſimiles & habet noctua plumas,
Saltantemque auceps mancipat aptus auem:
Hinc fatuos, captu & faciles, non dicimus otos:
Hoc tibi conueniens tu quoque nomen habe.

Vide ſequentem tit. de Stupiditate.

Stupiditas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

STupiditas, Stupor, ἀναισθησία. Hebr. *Shammah*, à verbo *Schamem*, Deſolatus eſt cum ſtupore, propter reatum aut pœnam.

¶ Sententiae Poeticae.

Antholog. ſacr. Iac. Bill.

De hominum ſtupiditate, miſeriam ſuam non agnoſcentium.

Veris ego citius flores & ſidera cœli
Ennumerem, vita quam mala cuncta mea.
Corpus enim morbis quatitur, frigetq; caletque:
Sæpe fames illud, ſæpe ſitiſque premit.
Mens quoque nunc rapitur furiis, atque æſtuat ira:
Nunc timet, aut luctu debilitata iacet.
Quodque mali caput eſt, tam ſum miſer, vt miſer ipſe
Cum ſim, me miſerum non tamen eſſe ſciam.

Quid de iis ſentiendum ſit, qui grauiſſima animi vulnera non ſentiunt.

Impia cum Chriſti traiecit lancea pectus,
Et ſenſu & vitæ munere captus erat.
Iane nihil ſignare putas, quod lumine caſſus
Pectore tam dirum vulnus ab hoſte capit?
Scilicet vt viuas dederat præcepta ſalutis
Plurima: ſic functus nos quoque morte docet.
Saucia nam quod mens, ſenſum quæ perdidit omnem,
Non inter viuas iam ſit habenda, docet.

¶ Sententiæ Philoſophicæ.

Qui omnes voluptates prætermittit & cauet, vt ſolent agreſtes, is ſenſus omnis expers iudicandus eſt, *lib.2. Ethic.cap.2.*

Qui à voluptatibus nimium abhorreant, non admodum multi reperiuntur: vt ne nomen quidem habuerint. Appellentur ſane omnis ſenſus expertes, & ſtupidi, *lib.2, Ethic.cap.7.*

Qui parum aut minus, quam æquum ſit, voluptate afficiantur, pauci admodum reperiuntur. Non enim propria eſt hominis huiuſmodi ſenſus vacuitas, & in voluptatibus aſpernandis immanitas. *lib.3. Ethic. c.11.*

Si quis eiuſmodi cui nihil voluptatem afferat, quiq; nihil putet intereſſe inter aliam rem atque aliam: Is profecto procul abſit à natura hominis hominemq; ex homine exuerit neceſſe eſt. Talis quia non admodum reperitur, vocaſſet nomine. *ibid.*

¶ Similitudines.

Plinii. Quemadmodum gemma Chalazias, etiamſi in ignem conniciatur, tamen natiuum frigus ſuum retinet: Ita quidam ſic frigent ad literas ac virtutem, vt nullis exemplis aut honoribus inflammare poſſis. *Lib.37.11.*

Vt Tarandi cutis ferro impenetrabilis: Ita quoſdam nihil queas dictis lædere. *Lib.8.c.34.*

Struthiocamelus auium maxima, ſed ſtolidiſſima: nam vbi collum occultarit frutice, latere ſeſe exiſtimat: Ita quidam ingenti mole corporis onuſti, minimum habent ingenii. *Lib.10.c.1.*

¶ Adagia.

Terebintho ſtultior. Τερεβίνθου ἀνοήτερος.

In ſtupidum ſibique placentem, quod arbor ea late porrigat ramos, quod eſt inſolenter, oſtentantium ſeſe, adhac nigrore inſignis, foliis craßis, ſucco item pingui & reſinoſo, tum alias alia ſpecie.

Cœcus auribus.

Tu ſimul & aure & mente & oculis cæcus es. Quadrat in hominem plane ſtupidum.

Bis pueri ſenes. δὶς παῖδες οἱ γέροντες, *Varro.*

Quadrabit in eos, qui prouectiore quum ſint ætate, tamen puerilibus quibuſdam ſtudiis intempeſtiuiter atque indecore tenentur.

Squillas a ſepulchro vellas. Σκίλλας ἀπὸ σήματος τίλλειν.

Squillas a ſepulchro vellere iubebantur, qui parum ſanæ mentis eſſe videntur.

Minus habet mentis, quam Dithyramborum poeta. Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα.

In ſtupidos ac furioſos torquetur.

Piſtillo retuſius. *Hieronym.*

Pro eo quod eſt minime acutum.

Embarus ſum. Ἔμβαρός εἰμι,

Dictum eſt olim de inſano deliroque.

Phryx plagis emendatur.

In barbaros, ſeruilique ingenio homines dicitur, qui non pudore, neque monitis, ſed verberibus redduntur meliores. Eſel / Nußbaum vnd Weiber / wöllen geſchlagen ſeyn / ſollen ſie was nutzes ſchaffen.

Meſſena ſeruilior. δουλότερος Μεσσήνης.

De minime liberis dicebatur & alieno viuentibus arbitrio.

Stultior Corœbo. ἠλιθιώτερος Κοροίβου.

In ſtupidos ac vecordes.

Stultior Morycho. μωρότερος εἶ Μορύχου.

Siculum prouerbium in eos, qui ridiculeue ſtulteue quippiam facerent.

Stupidior Praxillæ Adonide. ἠλιθιώτερος Πραξίλλης Ἀδώνιδος.

In vehementer ſtupidos.

Veruecea ſtatua.

Plautinus Hegio ſeruum ſtupidum appellat verueceam ſtatuam, quaſi dicas, brutum ac mutum hominem.

Corpus ſine pectore,

Horatius.

Non tu corpus eras ſine pectore, Dii tibi formam,
Dii tibi diuitias dederant, artemque fruendi.

Nam ſapientiam & ingenium in pectore conſtituunt. Ein ſchöne Monſtrantz wann nur Heiligthumb darinnen were.

Antronius aſinus. Ἀντρώνιος ὄνος.

Olim dicebatur, qui deformi, prægrandique mole corporis, cæterum ingenio ſtupido, tardoq;. Ein rechter Palm Eſel.

Naribus trahere. τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι.

Eſt citra iudicium alieno arbitratu quouis abduci.

Arcadicum germen, Ἀρκαδικὸν βλάστημα.

De grandibus ac ignauis dici ſolitum.

Arcades imitantes. Ἀρκάδας μιμούμενοι.

Dictum in eos, qui aliis, non ſibi laborant.

Aſinum in rupes protrudere.

Horatius.

Qui male parentem in rupes protruſit aſellum.

Quadrabit in quoſdam peruerſo natos ingenio, qui quum ſapiant, nolunt tamen bene conſulentium monitis obtemperare.

Feles Tarteſſia. γαλῆ Ταρτησσία.

De magnis ac ridiculis dicebatur.

Non ineſt illi dentale. γύης οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ.

Dici conſueuit de quopiam ad rem aliquam parum vtili.

Stulto ne permittas digitum.

Nihil permittendum imprudentibus quantumuis pulſis.

Wer Narren vnd Kinder die Finger in das Maul ſteckt / wer gern gebiſſen.

Septennis quum ſit, nondum edidit dentes. ἑπταέτης ὢν οὔπω οὐκ ἔφυσεν.

Quadrare videtur in eum qui natu grandis, tamen aliquo ſi puerum agit. Er iſt noch gelb vmb den Schnabel.

Stultitia eſt Iouem putare eſſe. τῆς μωρίας τὸ Δία νομίζειν ἐν τηλικούτοις.

In eum accommodari poteſt, qui grandis natu dicit, aut facit abſurdum quippiam, quem propter ætatem nihil oportebat.

Vt Bagas conſtituiſti. Βάγας ἕστηκας. *Plut.*

In ſtupidum & elinguem dicebatur.

Deſertum obtueri. ἔρημον ἐμβλέπειν. *Ariſtophan.*

Deſertum intueri dicebatur, qui fixis & attonitis intueretur oculis.

Ede naſturtium. ἔσθιε κάρδαμον

In ſocordem, ignauum, hebetem, ſtupidum olim dicebatur.

Nihil ab Elephante differs. Ἐλέφαντος διαφέρεις οὐδέν.

In magnos ac ſtupidos dicebatur, etiamſi primam ingenii laudem Plinius tribuit Elephantis, ſed inter bruta.

Sacer piſcis. ἱερὸς ἰχθύς,

Per iocum dici poterit in hominem prægrandem, & in procerbitum, quum ſit ſtupidus & infans.

Tanagræus cætus. Ταναγραῖον κῆτος.

Obeſum ac prægrandi corporis mole, Ταναγραῖον κῆτος appellabant.

Loquax talpa. *Ammian.*

Homo nullius iudicii, ſed tamen impendio verboſus, loquax talpa, dictus eſt populari conuitio.

Bos marinus. Βοῦς ἐνάλιος.

De magnis, inſulſis, & ad nihil vtilibus, quales ſunt Phocæ tantum paſcentes, nec operi, nec eſui vtiles, contraq; boues terreſtres.

Mens non eſt in centauris. νοῦς οὐκ ἔνεστι κενταύροις.

In vecordes & ſtultos dicebatur, & qui conarentur, quod non poſſent.

Beccefelenus. Βεκκεσέληνος. *Ariſtoph.*

Prouerbio dicebatur ſtupidus ac delirus, ſideratus, ac veluti dum ſenex.

Saturni podex. Κρόνου πυγή.

De carnibus vetulis, iamq; mancis & ſenſu vacantibus. Nam quid enim putre iam & effœtum intelligi volebant olim, Saturninum vocabant.

Caput vacuum cerebro. ὦ οἵα κεφαλή, καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει.

Id eſt. O, quale caput, & cerebrum non habet. Natum ex Æſopic. De his qui corporis ſpecie præcedunt, ingenio carent.

Er hat kein Hirn im Kopff.

Rana Gyrina ſapientior.

Sumptum eſt adagium ab informi partu ranarum, quem Gyrinus vocant. Porro quum ranæ tribuitur loquacitas, quæ ſtoliditatis ſolet eſſe comes, minimum mentis ineſſe oportere Gyrino, quem vix deprahendas animal eſſe, niſi mouerentur.

Ouium nullus vſus ſi paſtor abſit. προβάτων οὐδὲν ὄφελος ποιμένος ἀπόντος.

Admonet adagium, ἀναρχίαν rem eſſe omnium perniciosiſſimam. Nihil enim recte faciunt miniſtri, ſtupidi præſertim ac vecordes, ſi herus abſit.

Ouium mores. προβάτων ἦθος.

In ſtupidos ac ſtolidos iaci ſolitum.

Margites. Μαργίτης.

Margiten pro ſtupido dixit Lucianus.

Fœnum eſſe, Ambroſia alendus.

Fœnum

…proverbiali figura dixit M. Tullius: alterum in indoctos,
…homines, alterum in egregios, vt intelligas illos pecudibus,
…ymandos.
…nquam Megarenſis ſit prudentior. μηδέποτε μηδεὶς Με-
…ρωτεροι σοφώτεροι.
…a proverbiale iaci ſolitum in ſtupidos.
…auriculas aſini. Μίδας ὄνου ὦτα.
…tur, vel in ſtolidos & craſsis auribus pinguiq́ʒ iudicio
…
…in Bacchid. Fungum dixit pro ſtupido, impenſeque credu-
…
…gem aut fatuum naſci oportere. *Seneca.*
…quod ferme huiuſmodi fuerint Barbari reges apud ve-
…erbium apud Romanos natum videtur, apud quos regis
…erat inuiſum, ceu barbarum ac Tyrannicum & pugnans
…ica vtilitate, quam illi vel inprimis tum ſectabantur.
…Melitide, μωρότερος Μελιτίδου.
…vnus è feliciſsimis fatuis, quos Homerus ſuo carmine
…Heciam euerſa Troia, veniſſe legitur auxilium laturus
…
…capitis & inguinis diſcrimen.
…impudentia deuenerunt, vt nullum prorſus faciant di-
…ter honeſtum ac turpe, hi neſcire dicuntur, quid interſit
…& inguen. Iuuenalis.
Quid enim Venus ebria curat?
…& capitis quæ ſunt diſcrimina neſcit.
…inueſtina. γῆς ἔντερα. Diogen.
…tur vilia, nulliusq́ʒ pretii. Saxa vero terræ viſcera di
…ſimile illi Telluris inutile pondus. Erden laſt.
…
…ſanire.
…na pinguior, Pinguior Lecytho, λιπαρώτερος λύχνου, λιπα-
…κυθου.
…ur ironia proverbialis in eos, qui quum ſint edaces, nihilo
…de fiunt habiliores. Non abſurde deflectetur in homines
…itio, aut luxui deditos.
…ca ſus ἡ Βοιωτία ὗς.
…ceſſit in proverbium, vt primum in Bœotos diceretur, ab
…ſus indoctos, inconditos, moribusq́ʒ ruſticanis homines tor-
…
…cum ingenium.
…quid inſulſum eſſet ac ſtultum, id Bœoticum dicebant.
…ca cantilena. Βοιώτιος νόμος.
…tur ſi quibus initia tranquilla ac proſpera fuiſſent, poſte-
…bulenta ac triſtia.
…ica auris. Βοιώτιον οὖς.
…em pingui iudicio quadrat. Du haſt dicke Ohren.
…ſtramenta mauult quam aurum. ὄνος σύρματ' ἂν ἕλοιτο
…χρυσόν.
…teles libro Moralium Nicomachiorum decimo citat Hera-
…dixerit: Ὄνους σύρματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν, ἥδιον
…τροφὴ ὄνοις. id eſt, Aſinos ſtramenta malle quam aurum,
…pabulum auro ſit iucundius In homines ſtupidos, qui vo-
…brutas liberalibus diſciplinis anteponunt.
…phonium calceamentum. Κολοφώνιον ὑπόδημα.
…trabit in hominem ſtolidum, incompoſitum & ruſticanum.
…ituris conuenit tale calceamentum. Venuſte dixeris, in
…authoribus verſaturo, opus eſt calceis Colophoniis.
…ibus educatus, ἄνευ στοιχείων τεθραμμένος.
…bus educatus dicebatur qui rudis eſſet & alienus à mo-
…liberalibus ſenſuq́ʒ communi.
…inſtar. ἀγγείου δίκην.
…ſtar loqui dicitur, qui quum ob imperitiam ex ſe nihil poſ-
…ferre, ab aliis audita profert. Fons ex ſe liquorem habet, vas,
…de infuderis ſiccum eſt.
…tere ſanguinem.
…militibus, ſi quid grauius deliquiſſent, ignominiæ cauſa in-
…tur vena. id appellabant ſanguinem mittere.
…decim cubitorum. Theocrit.
…in Syracuſanis Praxinea de marito loquitur. Ἀνὴρ τρεισκαιδε-
…id eſt: Vir tredecim cubitorum, hyperbolice ſignificans e-
…ter procerum, quum eſſet tam inſulſus, vt e mercatu pro nitro
…attulerit.
…udo non ineſt illi. ἅλμη οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ. Lucianus.
…facetos fatuos ac ſtupidos. Er iſt weder geſaltzen / noch ge-
…altzen Er iſt weder zu ſieden noch zu braten / noch rohe zu eſſen /
…gar nichts. Er weiß vornen nicht / daß er dahinden
…
…be elleborum. πῖθι ἐλλέβορον. Lucian.
Quo dicto ſignificatum eſt, inſanire quempiam.
…iget Anticyras.
De inſano dicitur apud Horatium, quiq́ʒ mentis morbo laborat,
…trychnum bibit. Στρύχνον ἔπιεν.
…inſanos item competit, a Strychni herba natura, quæ vel guſta-
…ctum inſaniam parit.

Porcum immola.

Plautus in Menachmis porcum ſincerum & ſacrum immolare iu-bet eum, quem mente captum ſignificat.

Saturniæ lemæ. Κρονικαὶ λῆμαι.

In cæcutientes ac ſtupidos dicitur, præſertim in eos, qui ætatis vitio deſipiſcunt.

Auris Batauа.

Martialis epigrammatum lib. 6. Batauam aurem dixit agreſtrem, inelegantem, tetricamq́ʒ.

Abderitica mens. *Cicer.*

Abderitæ in ſtuporis inſaniæq́ʒ fabulam abiere. Abderitanis autem natura peculiarem fuiſſe mentis ſtuporem indicat. M. Tullius & c. Martial. lib. 10. Epigr. 25.

Abderitana pectora plebis habes.

Vide plura ſupra, tit. Cæcitas & Cæcutientia.

Stupor.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

STupor, Græce θάμβος, εος, τὸ, θαμβέω. ſtupeo dicitur. Eſt autem ſtupor, admiratio vehemens. *ſecundum Ariſt. lib. Topic.*

Stupor eſt timor inconſuetæ imaginationis, *ſecund. B. Thom. 3. Sen. q. 26 art. 3.*

Stupor à ſtupeo venit, ſtupeo autem à ſtupa. Dicitur autem ſtupor eo, quod ſenſus conſtipentur. Eſt enim ſtipare, rimas obturare: quia in hoc ſtupa vti ſolemus: ſtipare pro denſare & componere ponitur. Virg *Stipatque carinis Ingens argentum Dodoneoſque lebetes.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Stuporis *exempla*: Iſaac *Gen* 27. v. 33. Regina Saba, 2. *Paralip.* 9. v. 3. 4. Iſraelitæ *Eſa* 28. v. 10. & 29. v 11. Ierem 5 v 3. Ozias & Presbyteri *Iudit*. 10. v 7. Exploratores Aſſyriorum, v. 14. Daniel. *Dan*. 8. v. 27. Turba, *Matth*. 12. 23. *Luc*. 9. v. 43. *Ioh*. 12. 37. Capharnaitæ, *Marc*. 1. v 22. Pilatus & Iudæi, *Matth*. 27. v 23. Diſcipuli, *Marc*. 6 v. 49 52. *Luc* 18 v 34. Petrus, 5. 9. *Actor*. 12. 6. Phariſæi & Legis Doctores. *Luc*. 5 v 26. & 2. v. 47. Paulus, *Act*. 9. v. 6. Comites Pauli, v. 7. Impii, *Epheſ*. 4. 18.

Vide Amentia, Stultitia, Senſus, Stupiditas.

Subditus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SVbditus, Græc. ἀρχόμενος, ου, ὁ, & ſubdo ὑποτάσσω, dicitur. Subditi proprie dicuntur, qui ratione domicilii ſubiiciuntur. *Voſſ. in Clem. vna de foro compet. de ver. ſubditos.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Tales ſeſe, qui præſunt, exhibeant, vt quibus ſubiecti occulta quoque ſua prodere non erubeſcant, & quum tentationum fluctus paruuli tolerant, ad paſtoris mentem, quaſi ad patris ſinum recurrant. *Greg. in paſt.*

Curandum eſt, vt rectorem ſubditis, & matrem pietas, & patrem exhibeat diſciplina: atque inter hæc ſollicita circumſpectione prouidendum, ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa. *Ibid.*

Sit erga ſubditos ſollicitudo laudabilis: exhibeatur cum manſuetudine diſciplina, ſit cum diſcretione correctio: iram benignitas mitiget, benignitatem zelus exacuat: & ita alterum conducitur ex altero, vt ne immoderata vltio, plus quam oportet, affligat: nec iterum frangat rectitudinem diſciplinæ remiſſio. *in re ſparſ.*

Non erit caro ſubiecta animæ: nec vitia rationi, ſi animus non eſt ſubditus Creatori. Tunc autem recte nobis ſubiiciuntur omnia, quæ ſub nobis ſunt, ſi non ſubiiciuntur ei, à quo nobis illa ſubiecta ſunt: *Iſid. li. 1. ſum. boni.*

Talis viciſſitudo recipitur, qui amanti domino ſeruire noluerunt, audientibus inimicis iuſto iudicio probarentur eſſe ſubiecti. *Caſſ. ſup. Pſal.* 10. 4.

¶ BIBLICA EXEMPLA.

Subditi Principem facile imitantur *Prou*. 29 2. *Eccleſ*. 10. 2. *Exempla*: Populus Saulis, 1. *Sam*. 15. 9. Subditi Ieroboam, 1. *Reg*. 12. v. 18. 30. & 14. 16. Maiores natu Iſrael 2. *Reg*. 10. 5. Subditi Manaſſis, 21. v. 9. 22. Subditorum erga Regem amor & reuerentia, *Exempla*: Dauidis milites, 2. *Sam*. 21. 27.

Subditorum erga magiſtratum officia: I. Agnoſcere gubernatores ſuos, non caſu, ſed Dei conſilio præfectos eſſe. *Exempla*: Dauid agnoſcit Saulum pro Chriſto Domini, *Sam*. 24 v. 5 6. 7. & 26. *verſ*. 9. Abiſai ſimiliter Dauidem, 2. *Sam*. 10. 21. Mephiboſeth,